



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ioannes Bapt. Baëza.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

B.V.

& laborum amans ; ac Dei Matri pro vocationis per illam adeptæ beneficio , quotidianâ eiusdem officij recitatione gratus . A missione cum Patribus redux , in silua sagittâ in corde traiectus occubuit . De hisce quatuor perhibet fama constans ; in loco, vbi occisi sunt, lumen, cōspectum: vti & in templo, in quo sunt conditi, lux quædam totum templum illustrans apparuit plus quàm horæ integræ interuallo .

*Mors.
Lux .**P. Ioannes Bapt. Baëza .**Hispanus .
Nanga-
sachi .
7. Maij .
1626
ætat. 68.*

Pietate , impigritate , ac dicendi neruo tantus fuit, vt per annos 36. Christi nomē plenâ vbique messe per Macaum, Goam, Mozambicum, ac per varia Iaponiæ Regna circumferens , intra triennij vnus interuallū facile

cilè 75 .millia capitum adul- *Fides .*
torum Christi baptismo ab-
luerit, vt paruulos taceamus.
Perfæpè illo baptizandi la-
bore adeò fessum videre
multi, vt vix brachium attol-
lere, imò aliquando vix il-
lud commouere, potuerit .
Furente Daifû persecutione,
quà acerrimis per anni spa-
cium morbi doloribus, quà
paralyfi prostratus, cistæ, seu
arcæ, includi debuit, & in
exilium deportari; cùm ne-
sic ægroto quidem quies
concederetur. Nangasachi
in carcere ærumnis extincti
eius corpus quæsitum est
flammis à barbaris abolen-
dum .

P. Gaspar de Castro .

In Societatem pro Coa- *Lusitanus .*
diutore cooptatus, P. Seba- *propè*
stiani Morales Iaponiæ Epi- *Arimam .*
scopi *7. Maij .*
1626 .
ætat. 66 .

G 6